



V. 1<sup>K</sup> F.

(cat. 4, 33<sup>b</sup> - 46.)



2. D. B. V.

14. 99.  
32.

Palatii Eruditorum  
**SENATUS**  
VIGINTIQUATUORVIRALIS,  
GEMMIS CORUSCUS,

*Sub Auspiciis*

DICTATORIS MAXIMI  
**FRIDERICI AUGUSTI**

Regis & Electoris Ensiseri Potentissimi,  
Curiae Academicæ Instauratoris Clementissimi,  
**CONSULE SERENISSIMO,**

PRINCIPE JUVENTUTIS REGIO,

NOMINIS PATERNI  
**SECUNDO,** 1708.

Electoꝝatus Sax. Herede, & sic porro,  
PRO-CONSULE SPLENDIDISSIMO,

**CHRISTIANO VATERO,**

Archiatro & Prof. Publico:

Post tragicas suorum Clades,

PRISTINO RESTITUTUS NITORI,

Festoque Epiphaniarum *Trium-Regali,*

Anno Libertatis redonata,

Supra Milleſimum, Septingentefimum, Octavo,

Cum *Acclamationibus, Bonis Verbis & Applausibus,*

IN PARNASSUM LEUCOREUM

DEDUCTUS,

*Comite*

**M. GEORGIO MICHAELIS CASSAI, Hungaro,**  
Amplissimi Sapientum Ordinis Aſſeſſore.

Traditio minus cauta, ideoque lubrica.

*Munificos Reges statuunt tres; sed sine Sceptro:*

Vix tamen hunc numerum munera terna dabunt.

Sunt Magi Perſis Sapientes Arte periti:

Quos cum *poſideas,* REGIA LEUCA, Vire.

Wittenberga, VI. Januarii. A. MDCCIIIX.

Typis Martini Schultzii, Academiae Typographi.





Qui tua damna,  
Ipse levavit,  
Leucoris alma,  
Sic benedictus  
Summus Iova.



A pie verba dolor, gemitus lacrumaque favete,  
Lugentem faciem flumina larga rigent.  
LEUCORIS, ante annos patitos, quæ júbula leta  
Cantabit; gravibus planctibus altra ferit.  
Extera non refricare licet jam *Vulnera* dira,  
Quæ nisi cunctipotens dextra levare potest.

Internos *ictus* igitur, quos ALBIS acerbos  
Hactenus accepit, commemorare lubet.

Hinc celebrabo *manum medicam*, quæ damna levavit:

Inde piis votis *gaudia grata* canam.

Tu modo, summe Pater, ducas me *tramite recto*,

Et famulo *Vires suffice* quæso tuo.

**G**loria DEUTSCHMANNUS fuit ingens *urbis & orbis*,  
Vicinus *Boreis motibus* alta petit.

HANNEKEN *ast paulo*, *Veræ pictatis imago*,

Theiologus *solidus*, præit ad *astra poli*.

STRAUSSIUS *illustris*, *justi relictus Sacerdos*,

Heu cadit! alter qui *Papinianus* erat.

*Ast Amplus*, cupiens *tranquillam ducere Vitam*,

SVEVUS, *decessit munere sponte* suo.

Cui *placidos annos*, *vegetum seniumque* precamur,

Oblectentque DEI *Sancta Statuta* Virum.

Leucoreusque *Plato*, *doctor morumque profundus*;

ROEHRENSÆUS *obit*, *luxque decusque* Sophon.

Attamen *immutus Medicorum* nunc quoque perstat,

Insidians *diræ pervigil Ordo* neci.

Infractus *maneat*, *nec seve cedito morti*,

Eripias *prædas*, *quas truculenta* facit.

**H**actenus *occubuit* CARPZOW, *decus Albis & Aula*,

Theiologus *summus*, *consilioque* gravis.

In *caelisque beatus*, *successore* beato

In *terris gaudet*, *nomine* *speque* Viro.

O nimium LAUDATE DEO, VIR PACE BEATUS,

Vivas! *dulcisonus languida corda* beans.

Ast



Ast, licet invictus, menti subscribo Solonis:

Dic, in terris quis quæso beatus erit?

Qua ratione beatus erit, quem febris acuta

Excruciat, lectum quique levamen habet.

Omnia sed victor superasti, jamque beatus,

Nominè regæ simul, regna beata tenes.

Prospiciat Dominus de successore quadrato,

Cui SELIGMANNI multiplicetque dies.

Extinctum queritur Strasburgum nobile lumen:

Theiologus ZENTGRAFF, magnus honore, cadit.

Theiosophus celebrisque Rosarum FECHTIUS Amplus,

Non adeo pridem, fit quoque præda necis.

Nil de DATHE loquar, sedem FEUSTKINGIUS apte

Cujus Kembergæ supplet in æde sacra.

Annæberga dedit tumulum illi: jamque parabat

Serveſta huic bustum: Spes tamen alma subest

Haut opus omnibus, conjecturisque sinistris:

Quassatis fulcris, corruiſit ipsa Domus.

Subſtruat hinc Validas nutanti JOVA columnas

Structuræ: vigeant dogmata facta DEI.

**A**D Vos jam redeo, Proceres, post fata colendi,

Veltra gemens lacrimis irriſto busta cliens.

Lugeo Patronos, Præceptoresque fideles,

Ac Evergetas, perſurgiteque Viros.

Accipe, pro meritis, gratam, præclara corona,

Mentem: queis cælum larga brabea dedit.

Proh dolor! e Patribus, quos vidi, Civis ad Albim

Perveniens, superest non niſi biga Virum.

**SENIUS** Senior Pindi, SCHÜRTZFLEISCHUS, auctus

honore:

Queis cumulet placidos Numen in orbe dies.

Plangite Pierides, tristes resonare Camæne,

Parnassusque gemens Barbata moesta ciat.

Quis non DEUTSCHMANNI lacrimis conſpergeret urnam?

Tot meritis nimium conſpicique Viri.

Cui non HANNEKENI Pietas, Candorque ſepultus,

Eliciat gemitus, corque dolore premat?

Haut meminisse licet STRAUSS, grandi sine planctu,

Qui decus & Themidos firma columna fuit.

Quot tua, ROEHRENSÆE, rigabunt busta clientes,

Perpetuis lacrimis, totus & ordo Patrum?

**I**stæc damna tamen penſarunt, Arte periti:

In Sacris, Juſtis, sic Sophiæque, Viri.

Theiologi celebres WERNSDORF, & magna propago

LOESCHERI, illustrant pulpita pulla prius.

B

De

Defectum *Themidos* complent **BEYERUS** *acutus,*  
*GRIBNERUS*que *gravis,* quos *Philyrea* dedit.  
*Ingenio felix WERNHERUS,* fulguris instar,  
*Irradiat* *Morum,* nec sine laude, *Scholas.*  
*Oritur!* heu *celeri* tamen hunc mors dejicit *istū!*  
Obstupuit *Frater,* congemuitque *chorus.*  
Hoc tamen obduxit vulnus **CLAUSINGIUS** *Amplius:*  
Omne felici *claudat* & omne malum.  
Incolumis *feros* *Morum* proponat in *annos.*  
Dogmata, promoveat *publica* rite *bona.*  
**N**unc igitur *supremus* sit benedictus *Iova,*  
Qui tua sanavit *vulnera dira,* *SION.*  
Quæ *luxata* fuere prius, *compacta* potenter  
*Membra,* diu *ferret* *dextra* *paterna* *DEI.*  
Gemmisferi, doctum, *Proceres,* conscendite *læti*  
*Parnassum:* comitem me *sociabo* *via.*  
Innumeros *annos* salvi cernatis in *orbe:*  
Victores *Palma,* *Sceptra,* *corona* manent.

FRIDERICUS AUGUSTUS, Rex & Elector Saxo,  
Summus Academiae Patronus.  
Meum. AD AMAS. Tuum.  
Fulget & obstat. Regius Heros.  
Illustratio.

Rex ADAMAS lapidum fulgens perdurat, & obstat  
lectibus, hinc oculos Phoebea gemma levat.  
Te rebus, fulgens Heros, servando secundis,  
Ceum radians Adamas, Regia gemma, nites.

FRIDERICUS AUGUSTUS, Princeps Regius,  
Rector Universitatis Magnificentissimus.  
Naturale. SMARAGDUS. Morale.  
Palco virore. Spes manet ingens.

Expositio.  
Irradians oculos viridante colore SMARAGDUS:  
Ætatem latam rite virore notat.  
RUTA Virore favens, Viridantes Saxonis ades  
Oblectas; Cives Spe meliore beas.

CHRISTIANUS VATERUS, Archiater & P. P.  
Pro-Rector Academiae Magnificus.  
Pono. JASPIS. Promo.  
Ufibus aptus. Publica curas.  
Applicatio.

UT viridans JASPIS variis est uestibus aptus:  
Publica procuras commoda, mente bona.  
Namque tuum prudens regimen jam damna Lycei  
Penfat: communi perge favere bono.

CASPAR LOESCHERUS, D. Theol.

P. P. & Gener. Superin.  
Disipat atra. CARBUNCULUS. Ordine clarus.  
UT densas rutilans tenebras CARBUNCULUS arces:  
Perspicue tradis dogmata, Præco, DEL

JO. GE.

JO. GEORG. NEUMANNUS, D. P. P. & Templi OO, SS. Præpos.

Fulget in auro. RUBINUS. *Dogmate purus.*

**F**lammæ ut radiat rutilante RUBINUS in auro:  
Numinis in te sic dogmata pura nitent.

GOTTLIEB WERNSDORFIUS, D. & P. P.

Roboro mentem. SAPPHIRUS. *Doct̃or aperte.*

**C**onfortas animos; cœlesti, *Doct̃or aperte,*  
Dogmate: SAPPHIRUS es clarus in aedæ sacra.

VAL. ERNESTUS LOESCHERUS, D. & P. P.

Attrahit index. MAGNES. *Ducit ad astra.*

**A**trabis, Arte pia, mentes, MAGNETIS ad instar,  
Quisque poli monstras; Duxque, Comesque *Viam.*

JO. HENRICUS BERGERUS, Ordinarius & a Confil. Appel.

Nobile centrum. OPALUS. *Dotibus Amplus.*

**U**gemmas, virtute coruscus, vincit OPALUS:  
*Dotibus illustris grande chorique decus.*

CASPAR HEINRICUS HORN, JCTus & P. P.

Temperat æstum. TOPAZIUS. *Tolle rigorem.*

**Æ**stum, qui rigida Legis contemperat æquo:  
Topaz genium nobile *lenis* habet.

JO. BALTHASAR WERNHER, D. & P. Publ.

Damna repellit. TURCOIDES. *Infractis Arce, turbat.*

**T**URCOIDES veluti, mentis sic damna refellis,  
Productas acies instruis, *Arte gradis.*

GEORGIUS BENEH, D. & Prof. Publ.

Fascina tollit. SARDIUS. *Devia damnas.*

**F**ascina SARDIUS ut tollit, sic devia damnas:  
Justitiæ merito *Doct̃or acutus* aves.

MICHAEL HENRICUS GRIBNER, D. & P. P.

Causat amorem. AMETHYSTUS. *Abdita promit.*

**C**onciliat veluti radians AMETHYSTUS amorem:  
Abdita promendo, sic animosque rapis.

JO. GOTHOFREDUS BERGERUS, Medic. D. & P. P.

Tristia curat. CHRYSOLITHUS. *Consulit agris.*

**C**HRYSOLITHUS rutilans, animis dum consulis agris,  
*Tristia curando, vite vocandus* eris.

PAULUS GOTTFR. SPERLING, D. & P. P.

Roboro corda. LINCURUS. *Cantus agendo.*

**C**autus agens, relevas medicando languida corda:  
LINCURI nitidi *nomen & omen* habes.

MICHAEL ~~GRIBNER~~ Super. Mathem. P. P. & Acad. Sen.

Lumina purgat. ONYX. *Hinc tibi charus.*

**L**umina purgat ONYX, hinc abs te *charus* habetur.  
*Cernis acutum fat, jam Venerande Senex.*

C. S. SCHURTZFLEISCHIIUS, Eloq. P. P. & Duci Vinar. a Confil.

Fax velut ardens. PYROPUS. *Grandis Honore.*

**C**ollustras, PYROPUS veluti, Vir magne, *Lyceum:*  
*Nomen bonosque nitens furgit ad astra* Poli.

IO. BAPTISTA ROESCHELIUS, Th. D. & Phyl. P. P.

Excito lassos. BERILLUS. *Ardua monstrans.*

**A**tritis lassos revocans, sic *ardua* monstras:  
BERILLI *Vires exprimis, Arte bonus.*

IO. CHRISTOPH. WICHMANSHAUSEN, LL. OO. P. P.

Supprimat aestum. CHRYSALLUS. *Omnibus equus.*

**L**ucida CRYSTALLUS veluti, sic *supprimis aestum.*  
*Aequus in omnes, hinc cuique benignus ades.*

GEOR. FRIDERICUS SCHROEER, Log. & Metaph. P.P.

Haut manet idem. OCVLUS MUNDI. *cuncta caduca.*

**E**St splendens OCVLUS MUNDI, haut tamen hic manet *idem.*  
Numiae semoto, *cuncta caduca doces.*

IO. GIVILELMUS BERGERUS, Poet. P.P.

Hic varians est. PRASSIUS. *Sacra profana.*

**P**indaricos Sacris, varians ceu PRASSIUS, *hymnos*  
*Claudens, cordi sic innuis esse Sacra.*

GEOR. GVIL. KIRCHMAIERUS, Lit. Graec. P.P.

Haut nocet ignis. GRANATUS. *Perfro dura.*

**V**is *vehemens* veluti GRANATO nil nocet ignis:  
Sic *validus superas dura, ferenda piis.*

HENR. LEONARDUS SCHURTZFLEISCHS, D. Hist. P.P.

Vasa ministris. ALABASTER. *Condo fidelis.*

**R**ebus condendis ALABASTER *vasa ministrat*  
*Apta: recondis sic dogmata, mente bona.*

IO. ANDREAS PLANERUS, Mathem. Infer. P. P.

Equo tumores. BUFONIUS. *Cedo nec ulli.*

**C**onficia dum mens est recli, *concedito nulli:*  
Ceu BUFONIUS, hinc *alta tumore premas.*

HENRICUS REHUSING, Phil. Moral. P.P.

Pello venena. ACHATES. *Noxia curo.*

**V**irtutem tradendo, ut ACHATES, *noxia curas,*  
*Quae rabies vitii spargere teda solet.*

**BONA VERBA.**

**F**ulgeat ergo *virens* Procerum *slorensque* SENATUS  
GEMMIFER: hinc *tenebra* sint procul, *umbra nocens,*

*Pectoris ornatum nitidum summusque Sacerdos*

*In caelis gestans, sit memor usque tui.*

*Gemmata rutilent Seniorum iuge coronae,*

*Non has obfuscet Vis triculenta necis.*

*Mars nec atrox, non saeva fames, nec tempora dura:*

*Sacra micent, viridans Curia, sitque Domus.*

*Pax redeat terris, benedictio, prospera euncta*

*Incolomes cumulent: a}b}fit & omne}malum.*

*bonum.*

Fundimus hae *bona verba* quidem, sed *pectora fursum*

*Vibrantes, ubi sunt haut peritura bona.*

Nulla *satus* mundo, *caelum* te *poscimus omnes:*

*Est ubi tuta quies, gaudia, firma salus.*

Sic demum *cincli* *semper* *viridante* *corona,*

*Victores nitidi folis ad instar erunt.*

*Abjectasque licet, resinabunt usque coronas,*


*Ac humiles Agno *canica* *grata* canent.*

*His juncti, laeis hymnis celebrabimus unum*

*Ter sanctumque DEUM: fit benedicta *Trias,**

*Absterfis lacrimis, capiemus *lata* *brabea:**

*Hae, *animos* *pressos,* *Spe* *si* *que* *fides* *que* *levant.**









Pon Ye 3652  
2<sup>o</sup>

✓

ULB Halle  
002 173 891 3  


sb

u

vdn8

Nur für den Lesesaal!

VD17


  
m.c.





montem, vt & Vitembergam ad  
pro Ecclesia orans, & itreauē

na exulit, qui multis superatis  
porro autem *Antistes* facer Lube-  
VSTVM PFEIFFERVM ad-  
berga aluit alumnum & literarum  
ologus insignis, & *Diaconatus*  
m *Praeful* inelytus fuit. Exe-  
VS LVTKENIVS, Virem-  
deburgi, & *Praepositi* Branden-



2<sup>a</sup> D. B. V.

IV 90  
32

Palatii Eruditorum  
**SENATUS**  
VIGINTIQUATUORVIRALIS,  
GEMMIS CORUSCUS,

*Sub Auspiciis*

DICTATORIS MAXIMI  
**FRIDERICI AUGUSTI**

Regis & Electoris Ensisiferi Potentissimi,  
Curiae Academicæ Instauratoris Clementissimi,  
**CONSULE SERENISSIMO,**  
PRINCIPE JUVENTUTIS REGIO,

NOMINIS PATERNI  
**SECUNDO,**  
Electoatus Sax. Herede, & sic porro,  
PRO-CONSULE SPLENDIDISSIMO,  
**CHRISTIANO VATERO,**

Archiatro & Prof. Publico:  
Post tragicas suorum Clades,  
**PRISTINO RESTITUTUS NITORI,**

Feltoque Epiphaniorum *Trium-Regali*,  
Anno Libertatis redonata,  
Supra Millefimum, Septingentesimum, Octavo,  
Cum *Acclamationibus, Bonis Verbis & Applausibus*,  
**IN PARNASSUM LEUCOREUM**  
DEDUCTUS,

*Comite*

**M. GEORGIO MICHAELIS CASSAI, Hungaro,**  
Amplissimi Sapientum Ordinis Assessore.

\* \* \* \* \*

Traditio minus cauta, ideoque lubrica.

*Munificos Reges statuunt tres; sed sine Sceptro:*

Vix tamen hunc numerum *munera* terna dabunt.

Sunt Magi Persis Sapientes Arte periti:

Quos cum possideas, REGIA LEUCA, Vire.

Wittenberge, VI. Januarii. A. MDCCCLIX.

Typis Martini Schulzii, Academiæ Typographi.